bitis ferian. num. 10. Item adde, quod in vrbe adeſt conſtitutio localis per bullam ſextam Alexandri VI. qua prouiſum fuit, quod offendentes litigantes in Romana Curia, eius aduocatos, procuratores ſollicitatores, notarios, & teſtes ex cauſa litis per ſe, vel per alios incurrant penam criminis læſæ maieſtatis, excommunicationis, ammiſſionis iurium, & omnium bonorum, etiam quod mors non ſequatur, dummodo adſit multilatio membri, vt latius in dicta Bulla, de qua habetur per Pute. in deciſ. 102. lib. 1. vbi dicit quòd ſi vulnera illata fuerint litiganti præſumitur ex cauſa litis, niſi alia cauſa appareret, & in deciſ. 104. eod. lib. tener etiam in verberante procuratorem reuertentem ad curiam occaſione litis.

l. Corn. de ſicar. [d] *nihilominus de conſuetudine generali illa lex, & omnes aliæ punientes affectum, ſunt ſublatæ, vt dixit infra hoc eod. libr. §. fin. quęſt. 93. Et ideo inferens vulnera, etiam animo deliberato occidendi, non punitur pęna homicidij, ſed tantum de vulneribus, ex prædicta conſuetudine generali, vt atteſtatur Vital. de malef. in rub. de inſultu, nu. 15. & in rubr. de inquiſ. num. 58. Dicit tamen Igneus in l. 1. §. occiſorum, nu. 41. ff. ad Syllan. quòd in latronibus graſſatoribus. quandoque vidit contrarium obſeruari. Faciunt quę dixi ſupra verſic. Puniatur etiam. Dixi plenius in dict. quæſt. 92. Et hæc ſufficiant in materia homicidij.*

303 Item adde, quod ſi ex ſtatuto ſolus conatus pœna mortis puniretur, quamuis ſecutum non eſſet homicidium, ad hoc, vt eſſet locus ſtatuto, duo copulatiue requirerentur, ſcilicet vulnus, ſeu inſultus cum telo euaginato, & animus deliberatus occidendi: & quod hæc duo contra eandem perſonam concurrant. Alba. conſ. 30. in princ.

304 Item † adde, quòd vulnerans per pecuniam, etſi non habuit animum occidendi, magis debet puniri, Gabriel. libr. 7. tit. de malef. concl. 1. num. 30.

305 Homicidæ odio habentur ab Eccleſia; & ideò conſtitutione Pij II. bulla 8. decernitur, notorios homicidas, vel infamatos, ſeu condemnatos de homicidio, etiam quod non poſſet ſuper tali delicto aliquo modo inquiri, vel aliqua pœna imponi, etiamſi ipſius delicti, vel pœnæ auctoritate Apoſtolica, vel alterius, ab ea, vel à Romano Pontifice poteſtatem habentis, ſit facta remiſſio, caſſatio proceſſus, & ſententia annullata, vel alias quomodolibet diſpenſatum non poſſe habere officia, vel dignitates in quibuſcunque locis Ciuitatis, & terræ, à quibus banniti fuerint, in quibus domiciliū eorum, originemque habuerint, ſeu aliam morā traxerint, vel reſederint, etiam ſi fuerint abſoluti, rebanniti, vel alias eorum ſententiæ, ſeu condemnatio, ſiue proceſſus caſſatio, irritatio, uel alias pro infectis habiti perpetuò eſſe infames, & omni dignitate priuatos, nec poſſe ferre teſtimonium, nec tabellionatus officium exercere, nec admitti ad iudicandum, ſeu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis perpetuò ſuſpenſos, cum annullatione geſtorum per eos, & pœna eligentium; & Pij decretum confirmauit Sixtus Quartus bulla decima, Iulius Secundus bulla quint. Leo Decimus bulla 31. Clemens Septimus bulla 6. Pius Quartus conſtit. 30. Pius Quintus conſtitut. 13. Gregorius Decimus tertius in conſtitut. 66. *Baiard.*

d *Nihilominus de conſuetudine generali.*] Fallit in aſſaſ-
306 ſinio, † in quo punitur affectus, ſicut effectus, ſupra in §. Aſſaſſinium, uerſ. Scias etiam, in princ. uide Alexand. conſ. 140. ſub nu. 2. uol. 2. *Drogh.*

§. INCESTVS.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Inceſtus inter quas perſonas committatur.*
Et an committatur com moniali.
Et an cum præsbytero, ibid.
2 *Inceſtus pœna quæ ſit.*
3 *Et an hodie pro inceſtu imponatur pœna publicationis bonorum.*
4 *Diſpoſitio, auth. inceſtas nuptias. an habeat locum etiam in nuptijs, quæ ſunt inceſta de iure canonico.*
5 *Et an locum habeat tantummodo in nuptijs inceſtis ratione conſanguinitatis, an autem etiam in alijs.*
6 *Inceſtas nuptias contrahentes ſunt ipſo iure excommunicati.*
7 *Et quid ſi fuerit in contractu matrimonij appoſita conditio, Si Pontifex diſpenſauerit.*
8 *Et an hæc pœna locum habeat in ſponſalibus.*
9 *Inceſtas nuptias contrahentes excuſantur ex eo, quod ignorarent factum.*
10 *Et quid ſi poſtquam detecta eſt affinitas, perſeuerauerint in matrimonio.*
11 *Iudęi contrahentes inceſtas nuptias in gradu permiſſo à lege Moſaica, ſed prohibito à iure communi, an ſit puniendi.*

Ex Additionibus.

1 *Ignorantia excuſat ab inceſtu.*
2 *Inceſtus quid ſit.*
3 *Inceſtæ nuptiæ cur ita dictę.*
4 *Inceſtuoſus, ſeu nefarius coitus dicitur in infinitum inter aſcendentes, & deſcendentes.*
5 *Et qua pœna puniatur.*
6 *Inceſtus quomodo probetur, remiſſiuè.*
7 *Monialem corrumpens quot crimina committat.*
Et quibus pœnis ſit plectendus, num. eod.
8 *Et Iudex laicus poteſt præuenire in puniendo.*
9 *Et quibus hodie pœnis afficiantur Meniales corruptæ, remiſſiuè.*
10 *Inceſtu pœna minor eſt in mulieribus.*
Inceſtus pęna, quæ ſit de iure Ciuili, Canonico, & Regni, num. eodem.
11 *Et quę in ſtatu Eccleſiaſtico.*
12 *Inceſtus cum adulterio, & ſtupro an puniatur pœna mortis.*
13 *Inceſtæ nuptiæ de iure Canonico an ſubiaceant diſpoſitioni auth. inceſtas nuptias, C. de nupt.*
Pater cognoſcens propriam filiam, vel filius matrem, aut nouercam, vel frater ſororem, alumnus vè nutricem, quomodo puniatur, remiſſiuè. num. eod.

ADDITIONES
Ad §. Inceſtus.

1 INceſtus.] Inceſtus deteſtatio, diuiſio, definitio, & pęna, quando, & quibus caſibus locum habeat. Farin. vol. 5. ſuæ pract. q. 149. p. 1. & de pęnis cōtra inceſtuoſos par. 2. n. 121. Ignorantia quando excuſet par. 3. num. 161. & quod ſit Mixti fori, d. 1. par. nu. 117. & diſſoluitur matrimonium, p. 2. nu. 144. Exempla aliqua Inceſtus, Far. d. 1. p. n. 63. & n. 61. & nu. 89. & 92. Vigell. M. I. R. lib. c. 13. de adult. reg. 4. 5. 14. 20. 30. In curia Vicemercati referēte magnifico Bertolaſio Vicario, Senatus mandauit patrem vxoratum, qui filiam grauidā reddidit laqueo ſuſpendi debere, filiam verò fuſtigari, & inde per decennium hoſpitali inſeruire debere anno 1587. *Roſ.*

§. INCESTVS.

1 *INCESTVS* [a] *committitur inter perſonas ſanguine coniūctas, vt in caſu, in quo conſuluit Barb. conſil. 23. lib. 2. puta, ſi quis propriam filiam cognouerit, vt in caſu deciſ. Boerius 318. Vel materteram, vt in caſu Cæpol. conſil. crimin. 69. Vel filiam ſororis vxoris ſuæ, vt in caſu Alexandr. conſil. 229. lib. 6. Videndum eſt etiam in hoc propoſito elegans conſilium Crauet. 321. in quo defendit à ſuſpicione inceſtus fratrem, qui per biennium cum ſorore ſua eodem lecto iacuerat.*

Sed [b] *nunquid committitur inceſtus, carnaliter cognoſcendo monialem? Reſpondetur quòd ſic, & ita concludunt communiter Canon. vt dicit Bermon. de concubin. fol. 75. num. 2. in fin. Quinimò etiam ali qui tenuerunt, quòd ſi mulierrem carnalem habebat cū clerico, in ſacris conſtituto, ſit inceſtus: ita dicit gloſ. in l. 2. in verbo, Filij, C. de epiſ. & cler. Et dicit Baldus ibi, numero 2. quòd cum quæſtio fuiſſet de facto, ita fuit determinatum, quòd eſſet inceſtus. Hoc idem communiter à Doctoribus receptum eſſe, ait Grilland. de diuerſ. crimin. libro 3. quæſt. vltima prout illum refert Pract. Conradi, fol. 376. numer. 11. qui etiam fol. 341. poſt numer. 13. dicit, quòd hæc eſt communis regula. Sed certè veritas eſt in contrariū: nam dicitur ſimplex fornicatio, vt dixi ſupra hoc eodem libr. §. Fornicatio, verſ. Cum presbytero.*

Sed quæro, [c] *quæ ſit pęna inceſtus. Reſp. aliqui dicunt, quod de iure ciuili eſt pœna mortis, & hanc eſſe communem opi. atteſtatur Grilland. de diuerſ. crimin. lib. 3. quęſt. 3. nu. 5. prout illum refert Pract. Conrad. fol. 376. numer. 15. Et eſt verum, quando inceſtus committitur cum aliqua alia ſpecie fornicationis, puta, adulterio, vel ſtupro, & ita ſenſit gloſ. in l. ſi adulterium cum inceſtu, in princ. in gloſ. 1. in l. ſi abult. quam dicit eſſe communiter approbatā Grill.*

Inceſtus.] Adde, & ſupple ſcienter: puta, cognouit quis carnaliter eam, cuius ſororem antea cognouerat, quam tamen ſororem eſſe ignorabat, † nam excuſabitur
2 ab inceſtu, licèt nō à fornicatione per Feder. de Senis, conſ. 167. mulier accuſata qué refert comprobat, ac ſequitur Aymo. Crau. in conſ. 244. poſt num. 7. *Giach.*

Inceſtus committitur
3 *inter perſonas.*] Adde, † quòd inceſtus eſt coitus inter conſanguineos, vel affines, qui vtroque iure prohibente, matrimonium contrahere nequeūt, cap. lex 36. quæſt. 1. & Couar. in 4. decretal. §. 8. cap. 6. nu-
4 mer. 1. vbi dicit etiam, quòd † inceſtæ nuptiæ dicuntur, quaſi in illis minimè adſit ceſtus, ideſt cingulum illud, quo Venus vtebatur ad honeſtas nuptias. Et coitus inter
5 aſcendentes, † & deſcendentes vſque in infinitum dicitur coitus nefarius, ſeu inceſtuoſus, & tales coeuntes per mo-
6 dum † fornicationis pęna mortis puniuntur. Girlan. de pęn. omnif. coit. cap. 2. & Boer. in deciſione 318. hic allegata, & ibi loquitur de patre cognoſcente filiam propriam, & de filio cognoſcente matrem, vel nouercam, vel concubinam patris ſui, & de alumno cognoſcente nutricem, ac de cognoſcēte conſanguineam vxoris ſuæ, & prædicta ſi ſcienter, aliàs, ſi ignoranter, excuſaretur ab inceſtu, non autem à pęna fornicationis, Crauet. conſil. 244. numer. 7. & Boſſ. in tit. de coit. damn. num. 7. dicit, quòd parentes propter coitum habitum cum earum filiabus, fuerunt igne combuſti, vel furcis ſuſpen-
7 ſi, iuſſu Senatus. Et quomodo probetur inceſtus, Maſcard. de probat. concl. 893. *Baiard.*

b *Sed nunquid.*] Farinac. quæſt. 46. §. Sacrilegium. numero 6. *Roſ.*

8 *Sed nunquid.*] Adde, † quòd cognoſcens carnaliter monialem, quattuor crimina committit, inceſtum, ſacrilegium, adulterium, & ſtuprum; & punitur capite, eiuſque bona applicantur Monaſterio monialis violatæ, & Iudex laicus poteſt præuenire in puniendo, deciſione Pedemont. 103. Decian. conſil. 338. num. 1. Franc. Marc. deciſione Delphin. 966. Girnald. de pęn. omnifar. coit. quæſt. 1. & quibus pœnis
9 hodie puniantur † moniales, Menoc. de arbitr. iud. caſ. 389. num. 22. cum ſeqq. *Baiard.*

c *Sed quæro.*] De pęna inceſtus Fabius in 2. par. conſ. criminalium Ziletti 95. imò videtur pęna deportationis, latè Farin. d. q. 149. 1. p. nu. 7. & p. 2. n. 121. 122 & ſequen. & quando cū adul. vel ſtupro d. p. 1. n. 16. 17. 18. & 20. *Roſ.*

Sed quæro.] Et inceſtum cōmittens cū matertera ex alicuius ſtatuti forma, qua pœna debeat puniri, & de talis ſtatuti intellectu, quādo pęnā imponit, an de mortis pœna intelligatur, vide per Cæpol. crim. conſ. 78. per totum. *Giach.*

Sed quæro, quæ ſit pæ-
10 *na.*] Adde, † quòd in hoc delicto minus debēt puniri mulieres, quam mares, vt conſuluit Folerius in conſilio 19. numer. 3. inter conſil. crim. diuerſ. vol. 2. & idem tenuit in ſua Prax. crimin. 6. par. princip. in cap. de form. capit. in crimin inceſt. nu. 9. quando inceſtus cōmittitur per viam fornicationis, & ſecundum Bald. ſunt arbitrariè puniendæ in conſilio 429 vol. 5. quem refert, & ſequitur Fab. de Monteleon. in prax arb. p. 4. n. 126. fol 137. vbi latiſſimè, quæ pœna ſit in dicta tam de iure canonico, quā ciuili, & de iure Regni Neapolis contra cōmittentes inceſtuoſū coitum, & etiam quæ impediant matrimonium, ſed ſi nuptiæ præceſſerint, & talis coitus ſit commiſſus in figura matrimoni; tunc, ſi ſcienter, ſunt ſeparandi, & alijs pœnis plectendi, de quibus in lege, qui contra legum, C. de inceſt. nupt. ſi verò ignoranter, parcitur illis; ſed quando inceſtus committitur per viam fornicationis, non fit illa diſtinctio, ſcienter, an ignoranter, niſi ſit meretrix, vel aliter impudica; tunc enim non punitur vir pœna inceſtus, ſi verè erat ignarus, vt per Girlan, de pæn. omiſ. coit. in dicta quæſtione tertia, & Menochius de arbitr. iudic. caſu 389. vbi tamen dicit, quòd debet puniri de iure canonico ob fornicationem, ſed Bert. in conſilio 261. numer. 1. tenet, quòd ignorantia excuſet, etiam quòd inceſtus fuerit commiſſus per viam fornicationis ex æquitate. In ſtatu autem Eccleſiaſtico per Conſtitutionem Sixti Quinti contra inceſtuoſos prouiſum fuit, vt quicunque auſu nefario ſcienter matrem, & filiam, ſiue duas ſorores germanas carnaliter cognouerit, etiam ſi eſſe, earumvè altera publicæ meretrices fuerint, ſiue clam, ſiue palam, aut in figura matrimonij inceſtum commiſerit, ſiue etiam cum altera earum legitimo matrimonio coniunctus fuerit, pęna vltimi ſupplicij plectatur & ſimili pæna puniatur mulier, quæ ſciens matrem, aut filiam, vel ſororem ſuam cum aliquo viro rem habuiſſe eidem viro ipſa quoque ſui corporis copiam fecerit. Et ſimiliter diſponitur, vnamquamque mulierem, etiam corpore publicè quæſtum facientem, quæ cum patre, & filio, ſiue cum duobus germanis fratribus ſcientes ſe carnaliter cō miſcuerit, ſiue à prædictis, ſciens, ſe carnaliter cognoſci

permiſerit, etiam ſi eorum alteri legitimo toro fuerit copulata, pœna vltimi ſupplicij puniri debere; & quòd idem ſit in viro, qui ſciens patrē, aut filium, vel fratrem ſuum cum muliere aliqua rem habuiſſe, ipſe etiam eandem mulierē carnaliter cognoſcere nō erubuerit. Et quamuis inceſtus committatur cū aliqua ſpecie fornicationis, puta cum adulterio, ſiue ſtupro, non debet puniri pœna mortis de iure communi, licet eadem ſit pęna inceſtus, & adulterij, vt dixit texſt. in l. ſi quis viduam, ff. de quæſtio. tamen pœna in adulterio fuit aucta per text. in l. quamuis, la ſeconda, C. de adult. non autē in inceſtu; vnde cū in inceſtu nō ſit alterata, remanet eadem pœna, quæ erat introducta per tex. in d. l. ſi quis viduam, & ſic æquiparatio quam facit Gloſ. in l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adult. videtur procedere de iure digeſtorum, ita in ſpecie dicit Ang. in dicta lege ſi adulterium, refert, & ſequitur Alex. in conſ. 219. col. 2. vol. 6. & Bermon. in allegato tract. de concub. in tit. de inceſtu, nu. 15. verſ. ſed aduertendum eſt, vbi dicit hanc opinionē eſſe veriorem, & æquiorem, quia vbi agitur de correctione iuris, non debet fieri extenſio per ſubauditos intellectus de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, etiam quòd eadem, vel alia ratio vertatur, & ſecundum iſtam opinionem iudicatum fuit per Reg. conſilium Neapolit. vt atteſtatur Franc. in deciſ. 378. vol. 2. & ita etiā ſentire videtur Senatus Mediolani, cum diuerſimodè puniat inceſtuoſos ſecundum exempla per D. Clarum hic poſita, & quibus pęnis ſint puniendi patres, qui cognoſcunt proprias filias, & filij matres, aut nouercas, vel concubinas patris, vel alumnus nutricem, aut illi, qui cognoſcunt ſorores, aut alias vxoris ſuæ conſanguineas per modum for-

in loco preælleg. Bermon. de concub. fol. 87. verſ. ſum modo. [d] *De iure autem canonico in clerico pro crimen inceſtus eſt pæna depoſitionis. Et hanc opin. ſequuntur communiter DD. vt atteſtatur Didac. in epit. ſuper 4. decret. f. 91. num. 3. Vide quæ dixi ſupra, §. Farinacio, verſ. ſed quæro. Si verò committitur* [e] *contrahendo inceſtas nuptias, tunc punitur iuxta formam auth. inceſtas nuptias, C. de nuptijs. Ego* [f] *vidi in facti contingentia per Senatum diuerſimode puniri inceſtuoſos. Nā Margarita Cella pro inceſtu commiſſo cum ſororio ſuo iuſſa fuit fuſtigari, 17. Nouemb. 1548. P. N. Et Comina de Raynerio, faſſa ſe cū genero ſuo carnaliter commiſcuiſſe, pariter fuit fuſtigata, 15. Martij 1559. P. N. Et Vincentius Maldurus, qui fatebatur cognauiſſe carnaliter eius priuignam, fuit tantummodo condemnatus in pęna ſtatuti pecuniaria, 24. Iunij 1554. A. C. Quidam autē Io. de Corſis, qui filiam ſuam annorum 16. violauerat, fuit furcis ſuſpenſus 6. Octobr. 1548. P. N. Et refert Papo li. 22. titul. 9. arreſto 7. quòd quidam notarius, qui carnaliter cognouerat matrē, & filiā, fuit per parlamentum Tholoſæ vltimo ſupplicio affectus 9. Nouemb. 1548. & ibid. arreſto 8. refert, quod fuit ad triremes perpetuas condēnatus quidā, qui in vxorē duxit quandā mulierē, cuius nepotē prius grauidam reddiderat.*

3 *Et ſcias,* [g] *quòd diſpoſitio d. auth. inceſtas nuptias, quatenus imponit pœnam confiſcationis bonorum, non eſt hodie ſublata, ex diſpoſitione auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcri. Et hæc eſt commun. opin. vt dicit Boer. deciſ. 264. num. 12. Quinimò contrahens tales inceſtas nuptias, ipſo iure amittit dominium bonorum ſuorum: neque vlla ſententia, aut declaratio requiritur. Ita tenet gloſ. in dict. auth. inceſtas nuptias, in verb. Mox. Et eſt com. opin. vt dicit Bermon. de concub. f. 84. num. 2. & ſeq.*

4 *Quęro nunquid diſpoſitio d. Auth. inceſtas nuptias, locum habeat tantummodo* [h] *in nuptijs, quæ ſunt inceſtæ ſecūdum ius ciuile, an autem etiam in ijs, quæ ſunt inceſtæ ſecundum diſpoſitionem iuris canonici. Reſp. In hoc articulo variæ fuerunt Scribentium opin. Aliqui enim tenuerunt, quòd habet locū etiā in nuptijs, quę ſunt inceſtæ de iure canonico, licèt non ſint inceſtę de iure ciuili. Et hanc dicit eſſe communem opin. Dec. conſ. 158. nu. 1. circa fin. quem refert Diaz, in pract. crimin. can. cap. 78. & pract. Conrad. fogl. 376. num. 9. & Didac. in epit. c. 6. §. 8. verb. nuptiæ inceſtæ ſuper 4. decret. num. 18. relatus, & ipſe per Villalob. in ſua collecta cōmunium opin. litt. N. Bello. conſilio 84. numer. 5. Aliqui verò tenuerunt cōtrarium, quod ſcilicet non habeat locum niſi in nuptijs inceſtis de iure ciuili, & ſic quæ dicebantur inceſtæ tempore conditæ illius legis.* [i] *Et hanc opi. dicit eſſe communiorē, & probabiliorem, & magis conſonā veritati Foller. in pract. crimin. can. fogl. 63. poſt num. 95. vbi ait, quod Dec. qui dixit opin. Abb. eſſe cōmunem, deceptus eſt. Certè negari non poteſt, quin magnæ ſint auctoritates hinc inde, quas ēt recenſet Foller. in loco præall. Ego vero, ſi caſus contingeret, libentius adhærerem opi. contra Abb. quæ mitior eſt, & benignior, & quam ēt credo eſſe in puncto iuris veriorē: nihilominus (vt dixi infra li. 7. §. Opinio) in iſtis caſibus, in quibus eſt varietas opi. & in quibus ſunt ex vtraq. parte Doctores atteſtantes de cōmuni, ante omnia recurrendum eſſe puto ad conſuetudinem, & videndum ſecundum quam opi. ſolitum ſit iudicari. Et illa eſt ſequenda: quia Conſuetudo optima eſt legum interpres, &c.*

5 *Item quæro, an diſpoſitio d. auth. locum habeat ſolūmodo in nuptijs proprie inceſtis ratione conſanguinitatis, an autem ēt in nuptijs* [k] *largo modo inceſtis, ſ. inutilibus, vel illicitis, quia cū cognata ſpirituali, vel Iudæa, ſeu infideli, & huiuſmodi. Reſp. gl. in ead. auth. in gl. 1. tenuit, quòd habeat locū in quibuſcunque nuptijs illicitis. Sed certè contrarium tenent cōmuniter DD. vt ait Salic. in ead. auth. inceſtas, n. 4. quem refert Dec. in d. conſ. 158. poſt nu. 1. verſ. & hoc confirmatur. Hāc dicit eſſe com. opin. Boer. in dec. 264. nu. 13. Pęnæ enim ſunt molliendę, non autem extendendæ.*

6 *Præterea inceſtas nuptias ſcienter contrahētes ſunt ipſo iure excom. vt eſt tex. in clem. eos, de conſ. & affin. & declarat Gemin. conſ. 71. qui in facti cōtingentia ita cōſuluit.*

7 *Sed quid ſi aliquis contrahat matrimoniū cum conſanguinea ſub conditione, ſi ſummus Pontifex diſpenſauerit, nunquid tale matrimonium valebit? Reſp. in hoc articulo variæ ſunt Scribentium opin. nam Innoc. in cap. ſuper eod. de cond. appo. tenuit quòd non. Et hanc opin. dicit eſſe commun. Aret. in l. apud Iulianum, §. conſtat. col. 3. ff. de*

nicationis, aut in figura matrimonij, vide Boer. in deciſ. 318. vbi plenè. *Baiard.*

d De *iure autem canonico.*] Farr. d. par. 1. n. 34. & 35. 53. vſq. ad 57. *Roſ.*

e *Contrahendo inceſtas punitas.*] Item de pęnis cōtrahentis inceſtas nuptias, vide per Ludouic. Carrer, in pract. crimin. §. Homic. 6. nu. 316. vbi relatiuè. *Giach.*

f *Ego vidi.*] Farinac. vbi ſup. nu. 76. 78. & d. par. 1. nu. 30. 31. 32. 63. & 64. 103. 107. *Roſ.*

g *Et ſcias.*] Far. d. 1. p. nu. 127. 132. & ſeq. *Roſ.*

h *In nuptijs.*] Farin. d. 1. par. num. 40. 41. 44. 57. 59 83. 84. 85. & 118. *Roſ.*

i *Et hanc opinionem dicit eſſe cōmuniorem, probabiliorem, &c.*] Adde,
13 quòd hanc † opinionem tenuit etiam Anguſ. in conſil. 7. volum. 1. & D. Franchus in deciſ. 240. nu. 15. vol. 2. vbi latè, & concludit ſecundū cauſam iudicandum eſſe, ſcilicet, quòd crimen inceſtus de iure canonico non puniatur pęna inceſtus de iure ciuili. *Baiar.*

k *Largo modo inceſtis.*] Farin. d. par. 1. num. 48. 49. & 50. *Roſ.*

l *Contrariam autem.*) Farin. d. q. p. 2. num. 127. *Roſ.*

m *Hæn autem pęna.*) Farin. d. 2. par. num. 157. *Roſ.*

n *Quinimò pæna.*) Farin. d. q. 249. par. 3. num. 161. & ſeq. & 189. *Roſ.*

o *Sed pone.*) Farin. d. 3. par. num. 65. 198. 199. & ſeq. *Roſ.*

leg. 1. prout illum refert Didac. in epito. ſuper 4. decret. folio 31. poſt nu. 7. & Viuius in lib. communium opinion. in verb. Matrimonium contrahentes. Contrariam [l] *autem ſententiam, ſ. quod ſub ea conditione poſſit matrimonium contrahi, tenuit Anto. de Burt. in d. cap. ſuper eo. Et hæc opin. de conſuetudine obſeruatur, ut atteſtatur Boer. deciſ. 264. nu. 27. Et re vera quotidie videmus in hac forma contrahi matrimonia, propterea ab hac opin. nullo modo eſſet in practica recedendum.*

8 *Hæc* [m] *autem pœna inceſtarum nuptiarum non habet locum in ſponſalibus, ſed requiritur, quod matrimonium ſit carnali copula conſummatum. Et hanc dicit eſſe communem opin. Viuius in d. verſic. Matrimonium contrahentes, in 1. limitat.*

9 *Excuſatur inceſtum committens, vbicunque appareat, quòd ipſe ignoraret factum. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Bald. Nouel. de dote, in 1. parte vndecimæ partis princ. numero 8. & prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opinio. in littera P. numero 68. Didac. ſuper 4. decretal. fol 99. poſt numerum 22.* [n] *Quinimmo pœna amiſſionis honorum non habet locum, vbi in ipſis contrahentibus fuiſſet ignorantia iuris, vel facti, etiam ex craſſa, & lata culpa. ita dixit Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ. numero 11. ff. de adult. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Didac. in loco præalleg. numero 21.*

10 *Sed pone, quod aliqui à principio bona fide inceſtas nuptias contraxirint, de inde fuit detecta conſanguinitas: ipſi vero (eo nō obſtante) perſeuerauerunt: nunquid dicentur incidiſſe in pęnas à legibus, & canonibus impoſitas ijs, qui inceſtas nuptias contrahunt? Reſpon. quòd nō. ita tenuit Glo. in Clemen. unica, in verbo, Scienter, de conſanguin. quam approbant Doctores, vt ait Didacus in loco præallegato, num. 19.*

11 *Quæro etiam, an Iudæi contrahentes inter ſe nuptias in gradu prohibito ſecundum ius ciuile, ſed permiſſo à lege Moſaica, puniendi ſint pæna inceſtus. Reſpon. quòd non: nam quicquid ſit de iure, Iudæi non ſeruant diſpoſitionem, l. nemo, la 1. C. de Iudæis, vt atteſtantur Scribentes in ea. l. nemo, & in ſpecie Fulgoſ. & Ang. prout illo refert Barb. qui ita conſuluit in conſilio 13. numero 2. libro 4.*

§. INIVRIA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Iniuriam pluribus modis fieri.*
Quid interſit inter verberare, & pulſare,
2 *Intrans in agrum meum cauſa venandi, me inuito, an dicatur mihi iniuriam facere.*
3 *Iniuria facta vxori, an cenſeatur facta viro.*
4 *Ex iniuria duplex actio oritur, ciuilis, & criminalis.*
5 *Et an in libello iniuriarum ponendus ſit menſis, & annus, & locus illatæ iniuriæ,*
6 *Et an requiratur, quòd in libello taxetur iniuriæ æſtimatio.*
7 *Iniuriæ pœna quæ ſit.*
8 *Et an condemnatus actione iniuriarum efficiatur infamis.*
9 *Actio iniuriarum, an præſcribatur anno.*
Et an ille annus ſit continuus, ibid.
10 *Iniuria an tollatur per mutuam conuerſationem.*
11 *Et an tollatur per remiſſionem.*
12 *Iniuriam faciens an poſſit ſe excuſare, dicendo, quòd non ha habeat animum iniuriandi.*
13 *Et quid ſi in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit proteſtatus, quòd nolebat iniuriam facere.*
14 Et *quid ſi fuerat primo ipſe prouocatus.*
15 *Et quid ſi probet iniuriam fuiſſe veram.*
16 *Et quid ſi dicat ſe iniuriam intulliſſe calore iracundiæ; & proteſtatur ſe pœnitere.*

Ex Additionibus.

1 *Iniuria infertur etiam per actum proximun verberationis.*
2 *Iniuriam perſonalem facit retinens equum fręno, licet equitantem non percutiat.*
3 *Iniuria fit etiam facto, apponendo cornua, vel aliud infamatorium.*
4 *Iniuriæ perſonalis, & verbalis exempla, remiſſiuè.*
5 *Iniuria certa pęna dari non poteſt,*
6 *Iniuria committitur etiam facta in præcedendo minus legitimè.*
7 *Et eo caſu poteſt reſiſti armata manu.*
Iniuriarum actione in multis caſibus agi poteſt nu. eod.
An fiat volenti, & quis poſſit agere pro fiſco, & cui credendum, num. eod.
8 *Aliquid alicui obijciens quando teneatur iniuriarum.*
9 *Iniurioſa verba eodem impetu dictæ licet ſint plura, faciunt vnum conuitium.*
10 Et *quid in ſtatuto imponente pęnam pro quolibet verbo iniurioſo.*
11 *Et quid ſi ſtatutum puniret iniurantem pro qualibet vice.*
12 *Iniurioſa verba, quæ dicantur, remiſſiuè.*
13 *Iniuria atrox quæ, remiſſiuè.*
14 *Iniuria per verba imperſonalia quonam pacto fiat remiſſiuè.*
Iniuria an reproperetur animo vindicandi, vel defendendi quomodo cognoſcatur, remiſſiue. nu. eod.
Iniuriatus non poteſt reproperare iniuriāti maiorem, vel ſimilem iniuriam, nu. eod.
15 *Iniuria fit, quibuſcunque verbis offendatur, vel grauetur opinio alterius.*
16 *Iniuria verbalis quando fiat abſenti, remiſſ.*
Iniuria fit etiam verbis ſubdole dictis, & indirectis, etiā riſu, & nutu, nu. eod.
17 *Iniuria dicitur etiam verbalis, quæ fit per ſcripturam.*
18 *Iniuria minor eſt, ſi in genere fiat, quam ſi in ſpecie, & nominatim.*
19 *Iniuria, eiuſque remiſſio quomodo probetur, remiſſiuè.*
20 *Iniuria non fit ſine dolo.*
11 *Verba tu falſum dicis, an præſumantur doloſè prolata, & animo iniurandi.*
22 *Verba tu bonus homo, an ſint iniurioſa, remiſſ.*
23 *Carcerari faciens nō ſuſpectum de fuga, quomodo excuſetur ab iniuria.*
24 *Appellans ſi contra iudicem à quo verba iniurioſa dixerit in libello, notatur infamia, & ab eodē iudice ſine proceſſu extraordinariè punitur.*
25 Et *quid ſi ſententiam iniuſtam, vel iniquam dixerit.*
26 *Iniuria fit iudici, dicendo,* al ſindicato ti voglio.
27 *Iniuriarum non tenetur officialis iniurioſum verbum proferens, animo corrigendi.*
28 *Iniuriarum tenetur iudici allegans eum ſuſpectū, nec probans ſuſpicionis cauſam.*
29 *Iniuriam non tenetur aſſerens, ſe nobiliorem, & probiorem altero.*
30 *Statutū contra iniuriantē non cōprehendit eum, qui impiū, ingratum, & peſſimum hominem alterum appellauerit.*